

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Peccatum r
cum fontibus proximo et primo

Tribus gradibus ad peccatum peruenitur:
suggestione, delectatione, consensione.
Ita ipsius peccati tres sunt differentie: et in corde,
et in facto et in consuetudine; tanquam tres mortes:
una quasi in domo cum corde consentitur libidini,
altera quasi prolata iam extra portam,
cum in factum procedit assensio,
tercio cum in consuetudinis male tanquam mole terrena
premitur animus, quasi in sepulchro iam putens.
Que tria genera mortuorum dominum resuscitasse,
quisquis euangelium legit agnoscit.

Augustinus in libro de sermone domini in monte
et ponitur de penitencia distinctione II.

Hinc etiam Augustinus
in [lib. I]. sermone Domini in monte, [c. 23]:
„Sicut tribus gradibus ad peccatum pervenitur,
suggestione, delectatione, consensione:
ita ipsius peccati tres sunt differentiae, et in corde,
et in facto, et in consuetudine, tanquam tres mortes;
una, quasi in domo, id est cum in corde consentitur libidini;
altera, quasi prolata iam extra portam,
cum in factum procedit assensio;
tertia, cum in consuetudinis malae tanquam mole terrena
premitur animus, quasi in sepulchro iam putens.
Que tria genera mortuorum Dominum resuscitasse,
quisquis euangelium legit agnoscit.“

Gratianus, *Decretum*, 2.33.3.2.21 (*Corpus iuris canonici* 1,
A. Friedberg ed., col.1197).

Sicut ergo tribus gradibus ad peccatum peruenitur:
suggestione delectatione consensione,
ita ipsius peccati tres sunt differentiae; in corde
in facto in consuetudine, tanquam tres mortes:
una quasi in domo, id est cum in corde consentitur libidini,
altera iam prolata quasi extra portam,
cum in factum procedit adsensio,
tertia, cum in consuetudinis malae tanquam mole terrena
premitur animus, quasi in sepulchro iam putens.
Quae tria genera mortuorum dominum resuscitasse
quisquis euangelium legit agnoscit.

Augustinus Hipponensis, *De sermone Domini in monte*,
1.12.35 (CCSL 35, A. Mutzenbecher ed., p.38, ll.823-831).